S C R I P T A

Numéro Scripta : 7321

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Foulques, chambrier du roi d’Angers [autre]

Genre d'acte : charte

Authenticité : faux

Datation : [1172-1173]

Lieu d'émission : Angers

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte mentionnant la présence du jeune prince Jean, par laquelle Henri II confirme à Foulques, son chambrier d’Angers, la chapellenie que ce personnage avait fondée en l’église de Saint-Laud d’Angers. — Acte faux ou tout au moins falsifié.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d’Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Introduction, Paris, Imprimerie nationale, 1909, p. 318.
b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d’Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l’histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCXLII, t. 2, p. 254-255.

Dissertation critique

« 1172-1173 ou 1177–1185 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 254.
Voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 2, p. 254.

Texte établi d’après b

Henricus, rex Anglorum, et dux Norm[annorum] et Aquitanorum, et comes Andegavorum, episcopo Andegavis, et prepositis et ballivis et omnibus fidelibus suis totius Andegavis, clericis et laicis, salutem.
Sciatis me concessisse et presente carta confirmasse Fulconi, camerario meo de Andegavis, capellaniam quam ipse constituit in ecclesia Sancti Laudi, pro anima sua et pro anima patris mei et antecessorum meorum, et pro animabus omnium fidelium defunctorum. Quare volo et firmiter precipio quod capellanus qui predicte capellanie deservit libere et quiete teneat et possideat omnia illa que predictus Fulco ad eandem capellaniam dedit et concessit. Concedo itaque capellano terram de Prisciniaco, feodum et census, cum omnibus consuetudinibus predicte terre ad me pertinentibus, #tiam in chimino et extra chiminum, preter consuetudinem exercitus, de quo capellanus poterit retinere unum si voluerit. Item concedo ei VII. quart[as] vinearum que sunt de feodo Sancti Albini, et etiam alias quas capellanus poterit adquirere, inmunes ab omnibus consuetudinibus ad me pertinentibus, ut de vinagio et aliis, ita etiam quod de vino de predictis vineis collecto non reddat capellanus benagium neque aliam consuetudinem.

Preterea concedo ei domum quandam que est in feodo Sancti Johannis. Et insuper proibeo ne quis capellano de rebus predicte capellanie injuriam vel contumeliam inferat nec eandem capellaniam in aliquo minuere presumat.
Testibus : Stephano sinicallo et Raginardo de Vo. Teste etiam Radulfo Filio Stephani, et Gisliberto Guarderobe, et Willelmo de Ostilleio, et Durando Piscerna, et Emerico Piscerna. Teste #tiam Johanne filio regis minori, et pluribus aliis.
Apud Andeg[avim].

Pôle Document numérique – MRSH – Université de Caen Normandie – consulté le 10/05/2024